Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26880
Copyright: Admont, Benediktinerstift

119

& facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt dicentes. Qualis est hic. quia venti & mare obediunt ei. ORIGENIS.

INGREDIENTE domino in naviculam. secuti sunt eum discipuli eius non inbecilles sed firmi & stabiles in fide. mansueti & pii. spernentes mundum non duplici corde sed simplici. IN LXX. MATHEI.

SIMILE est regnum celorum homini patrifamilias. qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno. misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam terciam. vidit alios stantes in foro ociosos. & illis dixit. Ite & vos in vineam meam. & quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam & nonam horam. & fecit similiter. Circa undecimam exiit. & invenit alios stantes. &